

PROMONTORIUM
THEOGNOSIÆ

FOELICIBUS AUSPICIIS
REVERENDI, RELIGIOSI
ET CLARISSIMI

P. GREGORII
HELLER,

ORDINEM D. BENEDICTI
IN PERILLVSTRI ET EXEMPTO

Monast'ij Monasterio *Stupentis.*

GOTTVVICENSI
PROFESSI,

Cum Supremâ divinarum Scien-
tiarum Lauri


IN ALMA UNIVERSITATE
SALISBURGENSI PUBLICE
insigniretur,

MAGNA GLORIA EX-
PUGNATVM

cal. Octobr. 1630.



(Verf. F. Petrus Megerle)



I. Scientia Dei. II. Omnipotentia Dei. III. Voluntas Dei. IV. Prædestinatio. V. Lumen Gloriae. VI. In Trinitate vnitas. VII. Libertas ad bonum & malum. VIII. Gratia & Justificatio. IX. Meritum boni operis. X. Fides. XI. Spes. XII. Charitas. XIII. Prudentia. XIV. Fortitudo. XV. Temperantia. XVI. Justitia. XVII. Sacramenta. XVIII. Quatuor novissima.





Uis novus hic Helicōn? quæ prodigiosa
fororum

Concio Theſpiadum? ſi ſe tamen eſſe fa-
tentur


Pignora Mnemofynes? ecquò ſua Cynthius arma
Sepoſuit, vultumq; ſimul, citharamq; migravit
Pullato ſimilis? quem tot miracula rerum
Penè Deos inter ſtatuunt? inſignia quænam
O cœlitus aſpicio dela. pſa? ſo porné recurſat
Muſicus Heſiodo? vetulusné in monte bicorni
Pindarus exercet Lyricos ad jurgia vates,
Elyſiã de valle redux? abſiſtite nugæ,
Nil hic ex vano geritur, Libethridas iſthac
Orcheſtrã meminiffe Deas, piget; ardua dictu,
Vera tamen canimus: Viden', ut ſuffulciat aſtra
PINDUS hic, aut PINDO ſublimior? ipſe Deûm Rex
Vertice ſtat ſummo, validiſq; cacumina plantis
Alta premit, Stygiasque domos radice coërcet,
Inviuſ aſcenſu, quid ni? prudentia divûm
Haud vulgò expoſita eſt; aliquos aſperrima terret
Semita, deſpondent animos, nec limine tacto
Deſugiunt, pigitumq; moræ eſt, nam (credere
par ſit

Sudorum veteri) quartum luçtantur in annum,
Queis apicem præſare ſedet, rigidofq; decembres,
Tot ſilices inter, tot & inter iniqua viarum
Ter, quater exantlant; non his algorúe pruinae,
Aut Procyon funeſtus agris, aut fulminis obſtat



Impetus; ad salebras, & scrupēa tesq̄ua viriles
 Appellunt animos; versantq̄ue in vulnere dextras
 Impavidi, gaudentq̄ue viam signasse cruore.
 Cernis, ut Herculeo PATER HIC superaverit ausu
 Montis inaccessi scopulos? non una crepido,
 Strinxit iter, tramesq̄ue pedi vix æquis, euntem
 Non semel impediit; ne tot vertigine plenos
 Exequar anfractus, coelumq̄ue urgentia saxa,
 Præcipitesq̄ue minas. En, maturare parato
 Non licuit proferre gradum, sibi quæque vacati
 Nympharum voluit, summis de rebus agendum.
 Has inter fuerat: quædam docuere, **QUIS ORBEM**
 Condiderit? quid mente gerat, nolitq̄ue velitq̄ue
 Pantocrator Deus? hæ, quos nam decreverit astris
 Evehere? aut scelerum causâ permittere flammis?
 Quod jubar infirmam, pulsâ caligine, mentem
 Subrigat, ut largo fatiatur numinis haustu,
 Suspiciatq̄; Deum? Trias ac Monas ordine quonâ
 Discernat superos? aliæ fontemq̄ue, pyramq̄ue
 Montrârunt, animi de libertate locutæ,
 Quanta boni, quàm lata mali distantia subfit
 Actibus humanis? quid **GRATIA**? quale talentum
 Responset **MERITIS**? quàm vasta **POTENTIA** Divûm
 Emineat, Stygii quum faucibus eruta Ditis
 Præda redit, coelique iterum transcribitur hæres?
 Nec minùs ad lævam castis Acroamata Nymphis
 Obtigerant: illam **SERIES** ARCANA juvabat
RERVM, quas neq; **SENSVS** hebes, neq; mentis **Acy-**
Per-

MEN




Pervidet, hæc animo cippū, Physicifq; cothurnis
 Vincula procudit; Ratio comes ire triumph his
 Urgetur Fidei, & cristas pudibunda remulcet.
 Altera fortunæ domitrix, SPE præcipit astra,
 Lite piâ, num plura Fides accredere possit,
 An majora Fide SPES affectare; sed ambas
 Vincit AMOR, non ille diu cunctatur, utroque
 Remigio alarum summi penetrare Tonantis
 Involat, & Sanctâ quadam improbitate vel ipsum
 Attrahit in sua jura Deum; CONSTANTIA duris
 Firmior, audaces agit in discrimina dextras,
 Non sine lege tamen, crebrò monet esse cavendū,
 Quod superare nequis, bilem ne forte lupato
 Destituas, rituque feræ, periturus, in hostem,
 Irasci facilis, non & placabilis, arma
 Corripias. Vicina Dea est, moremque modosque
 Prospiciens, ut cautus agas, & agenda peritè
 Constituas, ne cor sine corde puteris habere,
 Neu temerè in decreta ruas, nocitura saluti.
 Illecebras docet inferior cohibere, gulamque
 Fallere, quam stomacho nunquã fert Pamphagus
 æquo,
 Luxibus assuetus, rabiem nec ferre palati
 Ad longum docilis; facit HÆC absolvere cœnas
 Exiguo sumptu, nec viscere gaudet aprugno,
 Sponte fatum nec abhorret olus, decumanaque
 ventris
 Jugera versuto gaudet substringere fucō,



Dura noverca famis. Cui tænia lumen obumbrat,
Virgo parens ÆQVI est, legumque & juris amuffis,
Cuique suum tribuens, hanc nullū fascinat aurū,
Nulla cupido lucri, non cauffa potentis iniqua
Pauperis evertit litem, si nescia fraudum
Imperet ERIGONE, libretque OBNUPTA. BILANCEM.

Par aliud superest: AGNUM gerit una CRVENTVM,
Vulneris è scatebrâ lytrum non vile cavati
Marmoris ad concham RIVO LOCUPLETE pluentē:
Ultima FULMEN habet, CALVAM TRANSVERBERAT
ensis


FLAMMIVOMAM, PALMAQUE manus vernate superbit,
Quorsum ea? DIVA prior, quæ Talio numinis iram
Flexerit, è quanto, quantā mercede, nocentem
Traxerit interitu COELESTIS VICTIMA mundum?
Innuat; ARCANIS & quā vis intima SIGNIS
Eveniat? quo parta falus é FONTE petenda?
Cui referenda Deo? quos ultima ventilat IGNES,
Nympha manu, POENAS audacibus ajo paratas,
Queis etiam NOTVS temerè DEFENDITVR ERROR.
Quid latet in CALVA? Mors: ecurr implicat ensement
Nempe severa Dei vicina est VLTIO, PARCIS,
Deletura reos. CRANIVM cur ambedit IGNIS?
Haud procul à FATIS nigri stat porticus ORCI,
Vindicibus metuenda rogis, scelerique nefando
Æternaturum largè pensura Minerval.
Ecquò palma virens? duro expugnanda labore
SIDERA designat. Quis non hic, obsecro, laudū est
Ocea-



Oceanus? quota Virgo sedet, tot habere Magistras
Debit, excelsi quisquis juga montis adivit,
Noscendi cupidus, famæque petitor honestæ.
Ergoné, Thesæum facinus delira vetustas
Prædicet, ac viduum faxit mera nænia Ditem,
Pirithoi furto? sed enim, tranasse paludem
Cocyti horrificam, longè pronissima res est,
Itur in abruptum facili pede: Macte laborum,
Plura sapis, GREGORI, non te Canis illè tricorpor
Incitat, aut furvum conjux Plutonia regnum
Ut penetres, movet; aërio prudentiùs orbe
Vivitur, & blenno mavis excellere vulgo,
Dotibus ætheriis, rerumque inquirere causas,
Quàm Phlegethontææ turbare silentia noctis.

Ah, teres ingenium! quò te pulcherrima Virtus
Abripiet? statuesné modum conatibus altis,
Cui satis esse nequit Sophiæ trivisse vepreta,
Calcibus ingenuis, nisi si sacraria cœli
Excutias, faciasque viam, per quicquid adire
Non datur ignavo? piget, heil! dubitare, peractus
Jam tenuit metam cursus, vestigia dudum
Indefessa Poli supra convexa locasti,
Altior invidiâ; potes erudiisse Magistras,
Jam TUVVS, assiduas, nunc te SAPIENTIA MAGNIS
Inferit. Heus, ubi sunt, qui se virtutis Atlantes,
Se solos finxere Sophos, non coccyge bruto
Cordati magis? HUNC TALEM, similesque TRECENTOS
Excludent NIDIS, & passim qualibet VLMO

Suspen-



Suspendent RAPTOs, Jovē diffimulante PENATES?
Non, ita me Fidius, misceri Tartara stellis
Ille finet potius, nec avaris annuet ovis,
Ut gremio non fota suo, petulantius equo
Nativam exagitent sobolem. Cis littora ponti
Quam pridē sapitur, saperetq; , vel absq; NOVORVM
Ister ACUMINIBVS, nisi quōd peregrina subinde
Floret, & in pretio est, sordetq; domestica Vir⁹.

Rectè igitur suprema tibi stat vertice LAURUS,
MAGNE PATER, GEMMA QUE NOVÂ SAPIENTIA VICTRIX
Obstringit sibi te, sponso felice maritum.
Vix ego tam dignam divino codice dextram,
Tam dignos humeros phœnissō murice vidi.
Purpureo quicumque sago te cinxit, is herclè
Callida Timantis, voluit prætexere vela
Tam claro capiti, cui par non ipse Nealces,
Naturæque foret solers imitator Apelles.
Nec malè PALLIOLO tegeris, velut alter APOLLO,
Ne nimis obtundas oculos, Titania cum nec-
Fulgura, sub fuscâ possint nisi nube videri.

Eraterni amoris ergo.

P. F. PETRVS MEGERLE, eiusdem Monasterii Sacer-
dos, Professus SS. Canonum & Metaphysicæ
Studio sus, accinebat.

